

Maius ut hic sumi

tur &c. Postquam autor supius determinavit de locis ab oppositis. Hic sequetur de locis a maiori. a minori. a simi. et a proportione que habet inter se aliquam convenientiam. Et ad cognoscendum locum a maiori et minori primo explicat quid sit maius et minus. Et maius potest capi dupliciter. uno modo proprie ut est illud quod supponitur alteri. in potentia vel virtute quantum ad aliquam operationem ut rex supponitur militi. Et est minus est quod supponitur alteri in virtute potentia quantum ad aliquam operationem. ut comes supponitur regi. Alio modo capitur maius quod excedit alteri in potentia vel virtute quantum ad rationem locutionis eo quod habeat maiorem habitudinem ad aliquod extremum. potius et magis sibi videtur convenire quam alteri. Et contra minus est quod supponitur alteri in virtute potentia quantum ad rationem locutionis eo quod minus videtur convenire cum aliquo extremo. potius quam ipsum maius sic miles minus convenit cum illo ante sequebatur civitatem quam rex et hoc ultimo modo capitur hic maius et minus. Sciendum primo quod locus a maiori est habitudo maioris ad minus et tenet negativam tamen ut rex non potest debellare civitatem ergo nec miles. Maxima autem si illud quod videtur magis esse non inest. ergo neque illud quod minus videtur inesse. Et contra locus a minori est habitudo minoris ad maius. Et tenet affirmativam tamen et non negativam ut bene sequitur miles potest debellare civitatem ergo et rex Maxima si illud quod minus videtur inesse est. et illud quod magis videtur. Et in isto loco potest argui tripliciter. Primo comparando duo subiecta ad unum predicatum. ut in exemplo dato.

Secundo comparando unum subiectum ad duo predicata ut rex debellare potest civitatem ergo castrum. Tertio comparando duo subiecta ad duo predicata ut miles potest debellare castrum ergo rex civitatem. Et sunt varia argumenta tripliciter in locis a maiori

*Et sic miles potest civitatem debellare
sup castrum*

131
et a minori a simili et a proportione. Sciendum secundo quod similitudo est res differentis eadem qualitas. et non sufficit eadem qualitas in genere quod sic albus et niger essent similia nec requiritur eadem qualitas in numero quod res differentes numero habent diversas qualitates in numero quod accis materialiter variat secundum numerum sui subiecti si requiritur eadem qualitas in specie sic duo alba dicuntur similia in specie. et non capit similitudo solam proprie per similitudinem accidentalem que est res differentis eadem qualitas accidentalis sed generaliter capit ratio per similitudinem accidentalem quam essentiali unde ex diffinitione predicta patet quod ubique est similitudo ibi est dissimilitudo quod similitudo est res differentis. et res differentes habent dissimilitudinem inter se. Sciendum tertio quod locus a simili est habitudo unius similitudinis ad reliquum. et tenet affirmativam et negativam. Affirmativam sic sicut animal inest bovi sic similitudo equo. sed inest bovi ut genus ergo inest equo ut genus. Maxima de similibus idem est iudicium et ratio est quia quicquid unius similitudinis convenit in quantum simile est etiam convenit alteri quod si sibi non convenit in hoc esset dissimilitudo. Et per istum locum semper debet argui a similibus in quantum similia et non in quantum dissimilia. Negativam sic sicut non est similitudo nec pro Maxima quicquid remouetur ab uno similitudinis in quantum similia sunt remouetur et ab altero. Sciendum quarto quod proportio est rerum differentium respectu alicuius eadem comparatio vel habitudo sic est comparatio duorum ad quatuor et trium ad sex. ibi enim est similitudo comparatio. quod ubique comparatio medietas ad suum totum. Et locus a proportione est habitudo unius proportionabilis ad reliquum. Et affirmativam sic sicut se habent quatuor ad duo ita sex ad tria. sed quatuor sunt tripla duorum ergo sex sunt dupla trium. Maxima de proportionabilibus simile est iudicium. Et tenet